

## Band II., Nr. 502, Seite 320-321

*Herzog Philipp von Schwaben und seine Gemahlin schenken dem Kloster Weissenau die Kapelle zur hl. Christina bei Ravensburg; zugleich bestätigt der Herzog alle dem Kloster von seinen Vorgängern verliehenen Begünstigungen.*

Schweinhausen, 1197. Juli 30.

In nomine sancte et individue trinitatis, Philippus<sup>a</sup>, dei gratia Sueuorum dux. Ad eterni regis premium promerendum spectare dinoscitur summeque beatitudinis gaudiis se non modicum acconciliare videtur, immo utriusque vite prosperos eventus indubitanter<sup>b</sup> sibi adoptat, qui ecclesias dei et sacra loca et personas deo dicatas, quibus gladio materiali<sup>c</sup> uti non licet, nec pugnare datum est, sublimare, manutenere et clipeo fortitudinis defensare studuerit, presertim eas quas sacra religio<sup>d</sup> admodum commendat et fulgidas reddit, et ubi famulantium deo corda in amore Christi iugiter ardescunt, et ad illam celestem patriam totis viribus omnique desiderio dulciter ac vehementer anhelant. Huius rei intuitu, et omnibus vigilantibus animo perspectis et consideratis, animo munificentie nostre subiit, ut nos una cum nobilissima nostra consorte<sup>e</sup> Erina capellam sancte Christine in apice montis Rauinspurc<sup>f</sup> sitam cum omnibus appenditiis suis et cum omni iure contraderemus cenobio sancti Petri principis apostolorum in Owe, eique, sicut ius expostulat, confirmaremus. Sane huiuscemodi traditio nostra eo specialiter intuitu facta est et processum sortita est, ut sanctimoniales inibi degentes, que humilibus hactenus insudare manuum operibus videbantur, videlicet in lavandis fratrum vestibibus, quod nobilem sanguinem aliquarum ex hiis dedecebat, de cetero a tam abiectis laboribus libere permanerent et immunes existerent, utque deo liberius sic vacare possent et divinis officiis instantius adhererent, similiterque ad illa exequenda que vere contemplationi conducunt paratiores et magis expedite inveniantur. Ad hec predicto cenobio indulgemus et confirmamus omnem traditionem quam pater noster Fridericus, Romanorum imperator invictissimus, et dominus ac frater noster Heinricus, eadem gratia imperator, et frater noster Fridericus, Sueuorum dux illustrissimus felicis memorie,

---

<sup>a</sup>Original: *Plilipus*.

<sup>b</sup>Original: *indibitanter* korrigiert aus *incubitanter*.

<sup>c</sup>Original: *gladio matteriali*.

<sup>d</sup>Original: *sacra relligio*.

<sup>e</sup>Original: *consorte nostra*.

<sup>f</sup>Original: *Ravinspurg*.

## II

frater quoque noster Conradus<sup>g</sup> Suevie dux, cuius anima requiescat in pace, et dux Welfo et Henricus<sup>h</sup>, quondam dux Saxonie, fecerunt, in hominibus utriusque sexus, mancipiis, agris, pascuis, terris cultis sive incultis, [sylvis]<sup>i</sup>, aquis, seu quibuscunque aliis rebus, utque breviter omnia concludantur, omnem charitatem<sup>j</sup> et permissionem, omne quoque ius quod pretaxati principes prefato cenobio<sup>k</sup> concesserunt seu tradiderunt, fratres inibi deo famulantes libere possideant, et in quieta possessione habere volumus. Ut autem hec traditio nostra et dulcissime consortis nostre Erine ducisse rata permaneat et inconvulsa perseveret, sigilli nostri impressione<sup>l</sup> communiri iussimus, statuentes et firmiter precipientes, ne aliqua persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, nostre ditioni subiecta, infringere vel violare presumat; quod qui fecerit sciat se indubitanter nostre indignationis offensam incurrisse. Nec dubium habemus, quin eius incidat anathemati et excommunicationi qui vicem Petri gerens ius ligandi atque solvendi habet<sup>m</sup>. Hec quoque adicientes universitati vestre significamus: predictum claustrum omni libertate privilegiatum esse, sicut alia queque coenobia<sup>n</sup> sancte Romane ecclesie attinentia, nec nos nec quempiam alium aliquid iuris seu potestatis in eo habere, propter quod<sup>o</sup> illud cum omnibus pertinentiis suis in tuitionem nostram recepimus, et sub ala protectionis nostre gaudere statuimus, ita ut per nostrum patrocinium sepedicta ecclesia libera permaneat et segura deserviat. Huius rei testes sunt: comes Godefridus de Veingen. Vhricus marshalcus<sup>p</sup> de Rechperg et filius suus Hildeb.<sup>q</sup> Henricus<sup>r</sup> dapifer de Waltpurc. Eberhardus pincerna de Tanne. Henricus de Smalnekke<sup>s</sup>. Wernherus de Zange. Henricus de Berge, ducis capellanus. Bertoldus Hatto et alii quam plures.

[Acta sunt hæc dominicæ incarnationis anno millesimo centesimo nonagesimo

---

<sup>g</sup>Original: *Cuonradus*.

<sup>h</sup>Original: *Henricus*.

<sup>i</sup>Die zwischen eckige Klammern gesetzten Worte fehlen im Weikenauer Codex, der dem Abdruck als Vorlage diente, und sind nach den *Libri praelatorum* des Abts Jacob Murer, einer Papierhandschrift von 1524, Bd. 1, S. 30 ergänzt. Im Original, das nachträglich eingesehen wurde, findet sich *silvis*.

<sup>j</sup>Original: *caritatem*.

<sup>k</sup>Im Original ist *cenobio* über der Zeile nachgetragen.

<sup>l</sup>Original: *inpressione*.

<sup>m</sup>Original: *habet atque solvendi*.

<sup>n</sup>Original: *cenobia*.

<sup>o</sup>Original: *preter quod*.

<sup>p</sup>Original: *marsalcus*.

<sup>q</sup>Der Name ist *Hildebrandus*; vgl. u.a. MONUMENTA BOICA, HRSG. VON DER BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN, 60 BDE., MÜNCHEN 1763-1916. [MIKROFICHE-AUSG.: Erlangen 1998], Bd. 29, S. 500.

<sup>r</sup>Im Original hier und im Folgenden: *Henricus*.

<sup>s</sup>Original: *Smalenekke*.

### III

septimo, indictione decima quinta.

Data per manum Helffrici notarii apud Swenhusen<sup>t</sup>, tertio calendas Augusti, anno ducatus nostri primo.]<sup>u</sup>

—

Der Textabdruck erfolgt nach der vom Freiherrn von Lassberg genommenen diplomatisch genauen Abschrift des in St. Gallen befindlichen Weißenauer Codex, wo die Urkunde unter der Aufschrift: *Privilegium philippi regis super donatione ecclesie s. Christine*, S. 40–44, eingetragen steht. In der Lassbergischen Abschrift sind nach *Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins* 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 29, S. 85, kleinere Abweichungen gegenüber der Abschrift im Weißenauer Codex zu verzeichnen.

Nachträglich wurde das Original-Pergament im Archiv des Museums des Königreichs Böhmen zu Prag verglichen. Die sich aus dem Vergleich ergebenden Textabweichungen gegenüber dem vorliegenden Abdruck sind in den Anmerkungen nachgewiesen. Das Siegel ist abgegangen.

---

<sup>t</sup>Die Abschrift bei Murer liest unrichtig *apud Wenhusen*.

<sup>u</sup>Original: *Acta sunt hec dominice incarnationis anno MCXCVII., indictione XV. Data per manum Helffrici notarii apud Svenhusen, III. kalendas Augusti, anno ducatus nostri primo. Amen.* Zwischen Text und Datum ist leerer Raum in Höhe einer Zeile.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

Prag, Archiv des Nationalmuseums

### Signatur/Titel des Originals:

SM 3

### Überlieferung und Textkritik:

Fotokopie: HStA Stuttgart B 523 Bü 1, Foto-Nr. H-F. Nr. 139, ebd. 1 Pap. abschrift des 17. Jh.; Weißenauer Codex, S. 40-44 in der Vadiana in St. Gallen, Hs. Nr. 231, Abschrift von Lassberg: HStA Stuttgart Handschrift Nr. 247; Libri praelatorum Bd. 1, S. 30; WUB, Bd. VI, S. 511: in 3 im Fürstlich Waldburg-Zeil'schen Archiv in Zeil befindlichen Weißenauer Codices mit einer Zeichnung, K. Philipp und Irene, daneben das Kirchlein von St. Christina darstellend.

### Editionen:

JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. 18, S. 749. Scheid: Origines Guelficae, Bd. 2, S. 633.

### Regesten:

Regesta Imperii Abt. 5, Bd. 1, 1, S. 5, Nr. 12.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Schweinhausen

### Ortsindex:

Alttann Wohnplatz (20601)

Alttann, Wolfegg, RV

Berg Wohnplatz (16762)

Berg, Ehingen (Donau), UL

Hohenrechberg Wohnplatz (4847)  
Hohenrechberg, Schwäbisch Gmünd, AA  
Ravensburg Wohnplatz (20120)  
Ravensburg, RV  
Sange, Immenstadt im Allgäu, OA  
Schmalegg : Ravensburg RV  
Schmalegg Wohnplatz (20127)  
Schwaben Wüstung (23620)  
Schwaben, Jestetten, WT, W  
Schweinhausen Wohnplatz (17278)  
Schweinhausen, Hochdorf, BC  
Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)  
Vaihingen an der Enz, LB  
Waldburg Wohnplatz (20306)  
Waldburg, RV  
Weißenau Wohnplatz (20163)  
Weißenau, Ravensburg, RV